Stever:
De jure praecl... rationis piorum corporum in Megapoli.
1782.

Km
2382

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-424590-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-424590-p0002-9

DE

# IVRE PRAELATIONIS PIORVM CORPORVM IN MEGAPOLI MEDITATIONES QVAEDAM,

QVAS

VIRO MAGNIFICO ATQVE CONSVLTISSIMO

## HENRICO ASCANIO ENGELCKEN,

I. V. D. ET SYNDICO HVCVSQVE PRIMARIO CIVIT. ROSTOCH.,

IAM

MVNVS CONSVLARE

SVSCIPIENTI,

D. D. D.

IO. CHRIST. THEOD. STEVER,

I. V. CAND. ET CVRIAE ROSTOCH. QVONDAM ADVOC. ORDINARIVS,

NVNC CIVIT. ROSTOCH. PROTONOTARIVS.

*ROSTOCHII,*

EX OFFICINA MÜLLERIANA.

1782.

24

726

Km 2382

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-424590-p0003-5



DE

# IVRE PRAELATIONIS PIORVM CORPORVM IN MEGAPOLI.

## §. I.

Quum binae iam prodierint diſſertationes ius praelationis piorum corporum in Megapoli, iis per Conſtitutionem de 6. Febr. 1644. conceſſum, ex profeſſo illuſtrantes, vna ſub praeſidio MANTZELIANO a GROENINGIO hic Roſtochii ventilata *), altera Buetzouii praeſide TRENDELENBVRGIO a BERNERO defenſa **), ſuperfluum forte judicabitur, quod hanc materiam tertia vice proponendam elegerim. Optimo ſane iure vituperarer, ſi ea tantummodo repetere animus eſſet, quae in diſſertationibus commemoratis iam ſatis expoſita ſunt. Verum alia eſt inſtituti ratio; non

omnem huius thematis ambitum percurrere placet, ſed nonnullis ſolum quaeſtionibus immorabor, quae nondum ſufficienter diſputatae videntur. Et in his explanandis ab omnibus iſtis abſtinebo, quae non immediate ad ſcopum meum pertinent, quum haec omnia ex commentationibus iſtis abunde dignoſci poſſint; quam quidem methodum et propoſitum probatum iri confido, licet in argumentis ipſis adhuc aliquid deſideretur, vel in ſententiam meam omnes abripere haud valeam.

*) Diſſ. inaug. *de iure praelationis piorum corporum, aliisque eorum iuribus ſingularibus in Megapoli, maxime in concurſu creditorum*, quam ſub praeſidio ERN. IO. FRIED. Mantzeln — publico examini ſubmittit IO. FRIED. GROENING — Roſtochii, 1740.

**) *De fauore piarum cauſſarum in Megapoli, tum ratione praelationis inter creditores concurrentes, tum reſpectu adpellationis* — praeſide AD. FRID. TRENDELENBVRG — diſceptat GE. DIET. BERNER. — Buetzouii, 1771.

## §. II.

Quaeſtiones, quibus explicandis operam impendam, hae ſunt:

I. Num piis corporibus praeferentia prae hypothecariis omnibus, praelationis etiam iure munitis, competat, an tertiam ſolummodo claſſem antecedant?

II. Num hoc priuilegium in ceſſionarios tranſeat, et in nominibus per ceſſionem adquiſitis proſit?

III. Num per hanc conſtitutionem hypothecam tacitam cum iure praelationis, aut priuilegium tantum perſonale, conſequuta ſint pia corpora?

Reſtat quidem adhuc, quod in hac materia vlteriori disquiſitione indiget: aſt hic pedem figere oportuit.

§. III.

## §. III.

Primam quaeſtionem inter ICtos patrios controuerſam eſſe, et inprimis a TRENDELENBVRGIO prius, a GROENINGIO poſterius defendi, inter omnes conſtat. Semper ego ſententiam GROENINGIANAM probaui: partim quia lex ipſa ſpecies creditorum hypothecariorum, contra quos priuilegium indulget, expreſſe enumeret, in his vero hypotheca cum iure praelationis coniuncta non comprehendatur; adeoque ambiguam denominationem *creditorum hypothecariorum*, qua modo creditores ſecundae et tertiae claſſis, modo poſteriores ſoli intelliguntur, et *creditorum priuilegiatorum*, quae modo creditores primi ordinis, modo ſecundi, modo quarti, denotat, ipſa ſatis interpretetur: partim quia in dubio ſtricta interpretatio in priuilegiis merito locum ſibi vindicat. Aſt quum haec argumenta aduerſariis non omnia ſubterfugia pleniſſime eripiant, iam pridem in mentem venit, argumenta hiſtorica in ſubſidium vocare. Deeſſe quippe non poterant ex iis temporibus, quae conſtitutionem de 1644. proxime ſubſequebantur, exempla deciſionum, a iudiciis patriis profectarum: et quum intentio legislatoris tunc temporis in recenti memoria et procul dubio ſatis cognita eſſet, neminem dubitaturum exiſtimabam, quin ea ſententia praeualere merito debeat, quae his annis in iudiciis noſtris recepta deprehenderetur. Deterruit quidem per aliquod tempus aſſertum TRENDELENBVRGII, *§. 13. not. l. pag. 79.*, praeiudicium anni 1649. in ſuas partes vocantis: poſtquam vero errorem in hoc allegato commiſſum detexeram, conſilium renouaui. Neque ſpes fefellit: tres enim mecum ab amico communicatae ſunt ſententiae diſtributionis, quae effatum GROENINGIANVM omnes firmant, et hanc litem, me quidem iudice, plane dirimunt *).

 *) Quum

*) Quum hac ſententiae diſtributionis non minus ad illuſtrandam conſtitutionem aliam de 1646. plurimum faciant, haud ingratum fore credo, quod illas, praeeunte TORNOVIO *Part. I. pag. 456.* et TRENDELENBVRGIO *in den gelehrten Beytraegen zu den Schweriniſchen Intelligenz-Blättern von 1770. N. 16.*, in appendice integras exhibeam.

## §. IV.

Iam itaque ea excerpo, quae ad me pertinent. In prima *d. 23. Iun. 1649.* a Cancellaria Guſtrouienſi lata, et concurſum *Laurentii Reventlow* finiente, dos viduae collocata eſt loco 18: ſubſequitur aliud eiusdem viduae creditum, quod, cuius qualitatis fuerit, haud adparet: et hoc demum nr. 20. 21. et 22. excipit *eccleſia Bockholtenſis.* Secunda ab eodem Dicaſterio *d. 12. Ian. 1650.* in cauſſa concurſus *Ioach. Frid. Berverneſſen* publicata, creditoribus paternis eum praeſcripſit ordinem, vt nr. 4. dos coniugis, poſt eam vero nr. 5. 6 et 7. *eccleſiae Sanicenſis, Daenſchenburgenſis et Roſtochienſis* locum acceperint. In tertia, ibidem *d. 26. Sept. 1655.* lata, inter creditores *Ottonis Moltke*, heredes viduae, ratione dotis maternae, et viduam *Iac. Cramon*, veriſimiliter aeque ad ſecundam claſſem pertinentem, praelocatos inuenies *eccleſiae Buetzovienſi et Vieliſtenſi.* En tria exempla ſententiarum, vbi Dicaſterium patrium doti praerogatiuam dedit prae piis corporibus, interiecto breui temporis ſpatio a die promulgationis conſtitutionis de 1644., et, quod maximum ponderis huic argumento conciliat, quarum duo priores nomine eiusdem Ducis ADOLPHI FRIDERICI, ex cuius beneficio pia corpora hoc priuilegium acceperunt, latae ſunt. Niſi itaque adfirmare audeas, tunc temporis verum huius legis ſenſum iamiam iudices latuiſſe, vt conſentientem te habeam neceſſe erit.

## §. V.

Nihil ergo ſupereſt, niſi vt TRENDELENBVRGIO, *l. c.* itidem praeiudicia in contrarium proferenti, reſpondeam. Aſſertum generale (pag. 78.) *omnes ſententias, quas in partem ſibi contrariam adductas vidit, eſſe huius ſaeculi, et multum remotas a conſtitutionis ipſius tempore*, ipſe amplius non propugnabit. Inter exempla ſpecialia *pag. 79. not. l.* exhibita maxime aduerſaretur primum anni 1649: ſed curatius inſpectis locis TORNOVII, cuius teſtimonio haec allegatio innititur, eum errore deceptum animaduerti. Refert quidem TORNOVIVS *§. 10. pag. 682.*, tria pia corpora in ſententia diſtributionis *d. d. 1. Nov. 1649.* primo loco collocata eſſe: *) ſed, in quo cardo rei verſatur, adfuiſſe in eodem concurſu creditores ſecundae claſſis, eosque his piis cauſſis poſthabitos eſſe, minime teſtatur. Contrarium potius ex eo ſuſpicor, quod *§. 11. pag. 684.*, vbi ſpecialiter de concurſu dotis et piorum corporum agit, ad ſententiam iuniorem *de 1682.* prouocauerit: et quod a vero multum abſimile ſit, Cancellarium Guſtrouienſem, quae hanc pariter ſententiam diſtributionis tuliſſe dicitur, hac vice principia deſeruiſſe, quae in ſententiis, *praec. §.* indicatis, ſeruauerat.

*) Quod haec pia corpora primo omnium loco poſita ſint, ſuſpicionem adhuc excitauit, annuos fuiſſe reditus, qui *iure dominii*, aut, ſi mauis, *priuilegii* maioris, hunc locum meruerint, adeoque ad nos plane non pertinent.

## §. VI.

Reliqua exempla *l. c.* allegata ſub examen vocare ſuperfluum duco, quum a tempore promulgationis longe iam diſtent, et, poſtea hanc conſtitutionem diuerſimode explicatam eſſe, nemo ignoret.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-424590-p0009-2

ignoret. Pariter e re haud viſum eſt, argumenta doctrinalia in diſſ. TRENDELENBVRGIO-BERNERIANA prolixe propoſita refutare, quum quilibet huius controuerſiae gnarus facile perſpiciat, quid regerendum ſit.

## §. VII.

Pergo itaque ad ſecundam quaeſtionem, quam TRENDELENBVRGIVS ſilentio praeteriit. Propoſuit eamdem GROENING *diſſ. cit. Cap. II. §. 17 et 18.*, exiſtimans: ceſſionarium piae cauſae eiusdem priuilegio vti, pium vero corpus in debitis ipſi ceſſis priuilegium non habere. Verum hic GROENINGIVM, quem hucusque ducem ſequutus ſum, deſerere, et in omnia alia deflectere oportet. Priuilegium hoc piis corporibus, ſine reſpectu vllo ad cauſſam debendi, formam nominis, qualitatem bonorum debito obnoxiorum, caet. conceſſum, adeoque perſonale eſſe, ex dicta conſtitutione liquet, et ipſe GROENINGIVS fatetur. Hoc vero ſuppoſito, non modo res ipſa loquitur, ſed et claris legibus docetur, priuilegium illud ad perſonam adſtrictum eſſe, niſi is, qui beneficium dedit, translationem permiſerit, *l. 68. ff. de R. I. c. 7. de R. I. in 6to.* Quum igitur haec facultas in lege noſtra data non ſit, piis corporibus minime indulgendum erit, priuilegium ſibi conceſſum in alium non priuilegiatum transferre. Pari ratione hoc priuilegium generaliter, et ſine omni diſcrimine, e qualitate nominis alias deriuanda, conceſſum obtinebit, vbi piorum corporum perſona moralis, quam vocant, adeſt: perperam potius agit, qui lege non diſtinguente, nec diſtinctionis argumenta exhibente, diſtinctiones excogitat, quae legem non explicant, ſed pro arbitrio interpretis corrigunt. Hinc pio corpori in debitis ceſſis, a

tempore

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-424590-p0010-4

tempore factae ceſſionis, merito eadem conceditur praerogatiua, quam in reliquis nominibus habet.

## §. VIII.

Hoc vt eo clarius demonſtrem, argumenta a GROENINGIO in contrarium adducta paucis examinabo atque eliminare curabo. Quae ad prius quaeſtionis membrum pertinent, et *l. c. ſſ. 18.* reperiuntur, haec ſunt: I. *Ceſſionarius omni iure cedentis vtitur, hocque per legitimam ceſſionem in illum transfertur.* Diſtinguas quaeſo res, quae per ceſſionem in alterum transferri poſſunt, ab iis, quae ceſſionem non admittunt. Ad hanc claſſem pertinere beneficia perſonalia, quorum translatio non ſimul indulta eſt, per ſe patet, ideoque *legitima* eorum ceſſio non datur. II. *Perſonalibus gaudent beneficiis ceſſionarii extranei, cauſam ab ipſis, quorum propria eſt, habentes.* MEVIVS *P. IV. D. 151.* Melius abſtinuiſſet defunctus Auctor ab hoc argumento, quod obſcuritate verborum iudicium aliquantulum ſuſpendit, ſed, ſi MEVIVM euoluere, et ſenſum dictionis ex contextu perſpicere libet, illico euaneſcit. Mecum ſcilicet plenarie conſentit MEVIVS *l. c.*, excepto, quod limitationem addat: *niſi cedentis adhuc interſit.* Limitationem hanc in ſpecie propoſita non improbo, quum iſta ſecundum *R. I. N. ſſ. 174. nr. 7.* ab arbitrio iudicis penderet. Fallitur autem, qui inde regulam generalem fingere, eamque ad cauſſas, in quibus arbitrium iudicis exulat, extendere ſibi permiſſum crederet. III. *Exemplum fiſci adeſt, in cuius priuilegium ſuccedit, qui collectas pro alio ſoluit.* IV. *Ius praelationis, quod in tributis aliisque penſionibus publicis Magiſtratui tribuitur, competit etiam illi, cui Magiſtratus ius ſuum ceſſit.* Huius loci non eſt inquirere, num hae theſes, prouti ſonant,

 omni

omni modo verae ſint, nec ne. Sufficiet, quod a diuerſo ad diuerſum conſequentia non valeat. Plura habet priuilegia fiſcus, quam priuilegium, quod ipſi ratione tributorum datum eſt: perperam vero haec ad eccleſias transferentur. V. *Reliqui creditores ius querendi non habent, ſi ceſſionarius loco piae cauſſae eius iure vtitur.* Omnino habet, qui per eiusmodi ceſſionarium a maſſa excluditur, quum iniquum ſit, priuilegium pii corporis ad eum extendere, ad quem iure tranſire nequit. VI. *Quod quis per ſe ipſum poteſt, etiam per alium poteſt. c. 68. et 72. de R. I. in 6to.* Licet regulam hanc, limitatione adhuc indigentem, concedere velim, in adplicatione tamen argumentum claudicat. Facta enim ceſſione ius cedentis pii corporis extinguitur, nec amplius dici poteſt, hoc per ceſſionarium aliquid facere. VII. *Ceſſionarius repraeſentat pium corpus, et non ex ſuo ſed eius iure creditum repetit.* Diſtinguendum erit nomen ipſum et priuilegium. Illius intuitu ceſſionarius pium corpus repraeſentare concedam, quamuis ab loquutione aequiuoca abſtinendum eſſe ſatius ducam; intuitu priuilegii illum pium corpus repraeſentare poſſe, ſine petitione principii adſeri nequit; omnis enim ſubſtitutio ſubſtitutum ſupponit habilem. Pari quidem ratione, eum iure pii corporis creditum repetere, dici poteſt, ſed eatenus tantum, quatenus hoc ius in eum tranſire potuit. VIII. *Licet priuilegium perſonale cedi nequeat, hoc tamen ad ius ſingulare, quod ab illo bene diſtinguendum eſt, extendi nequit. Iurium ſingularium ceſſio iure communi nullibi prohibita eſt.* Verba ſunt, quae obiiciuntur. Ius ſingulare, ſi haec denominatio magis arrideat, aeque aut reale aut perſonale eſt, et, ſi perſonae tantum conceſſum, itidem in alium transferri nequit, niſi concedens id permiſerit. Iuris ſingularis ceſſionem nullibi generaliter et expreſſe prohibitam

eſſe,

eſſe, largior, ſed nec vllibi generaliter et expreſſe permiſſa eſt: regulae igitur, quae de translatione iurium in genere agunt, applicandae ſunt. IX. *Creditori, cuius pecunia aliis creditoribus priuilegiariis ſatisfactum, priuilegium, quod his competiit, per expreſſum tribuitur in l. 24. ff. de. R. A. I. P.* Semper tamen priuilegium ſiue ius potius ſupponitur, quod in alterum tranſire poteſt: ſi perſonae cohaereat, nihil agit, qui illud ſibi ſtipulatur.

## §. IX.

Eiusdem ponderis ſunt argumenta, quae ad ſtabiliendam opinionem ratione membri ſecundi *ibidem ſ. 17.* reperiuntur. I. *Ceſſionarius iure cedentis vtitur.* Recte, modo in ceſſionarium tranſire queat, vel is ex propria perſona augmentum huius iuris non adquiſiuerit. Eum nullo alio, quem cedentis, iure vti poſſe, inuita Themide a quibusdem aſſeritur *). II. *Cedens plus iuris in ceſſionarium transferre nequit, quam ipſe habuit.* Hoc facilis concedo, aſt priuilegium hoc caſu ex diſpoſitione legis, non ex voluntate cedentis deſcendit **).

*) Complures dantur caſus, vbi haec principia in dubium vocari non ſolent. Fingas ſpecies, vbi ceſſionarius pro debito chirographario hypothecam ſibi conſtitui, vel illud libro publico inſeri curat, vel ſuper debito, hypotheca ſimplici munito, Principis conſenſum impetrat, vel fideiusſorem accipit, vel ius offerendi exercet, reliqua. Vix credo fore quemquam, qui haec augmenta iurium penitus negligere audeat. Cur itaque in quibusdam caſibus principia iuris formularii Romanorum, qui ceſſionarium, actionibus directis agentem, pro mandatario habebant, male adplicata ICtos adhuc turbent, non video. Ipſum ius Romanorum, *in l. 6. ff. de iure fiſci*, iam ſuppeditat exemplum, vbi priuilegium perſonale iuri per ceſſionem quaeſito accedit, quod, quum veritatem principiorum, quae ſequutus ſum, generalium egregie con-

firmet, adſcribo. *Fiſcus, quum in priuati ius ſuccedit, priuati iure pro anterioribus ſuae ſucceſſionis temporis vtitur: caeterum, poſteamquam ſucceſſit, habebit priuilegium ſuum.* Qua quaeſo ratione id ſanciri potuiſſet, ſi verum eſſet, ſuccedentem non niſi auctoris iure vti.

**) Caue interim credas, me hoc ad iſtiusmodi ceſſiones protrahere velle, quibus ex alio fundamento priuilegium denegandum eſt. Ruricola quidam, quum debitor ad concurſum prouocaret, nomen chirographarium, quod ipſi iam nullius valoris erat, eccleſiae donauerat, huiusque advocatus priuilegiatum locum in ſententia prioritatis expoſcebat: ſed merito inter chirographarios reiiciebatur. Eiusmodi exceptiones aſſerto meo non obſtare, in aprico eſt.

## §. X.

Iam ſupereſt quaeſtio tertia: *num priuilegium piorum corporum ſit hypotheca cum iure praelationis, an beneficium perſonale?* Occaſionem huic quaeſtioni dedit GROENING *l. c. §. 15.*, vbi plures pias cauſſas, ſimul concurrentes, ex prioritate temporis, vti in reliquis hypothecariis obtinet, diiudicandas eſſe cenſet, hinc prius probare videtur. Sane non parum hanc ſententiam iuuat, quod, ſiue primum ſiue vltimum ſecundae claſſis, ſiue demum tertiae primum locum iis des, ſemper tamen inter hypothecarios locum habeant; et quae inter hypothecarios locum concedit lex, implicite quoque hypothecam ipſam concedere dici queat. Sed his non obſtantibus contrarium verius duco. Nullam enim hypothecae mentionem facit conſtitutio noſtra: et quum contradictionem non inuoluat, hypothecariis aequiparare eum, qui hypothecam non habet, hic etiam reſtrictiuam interpretationem eligo. In iis nominibus, quae ex mutuo originem trahunt, huius quaeſtionis vix uſus erit, quoniam rara ſint exempla, in quibus con-

ſtitutio

ſtitutio hypothecae, vel conſulto vel ex negligentia, omittitur; ſed in aliis creditis ſaepius id contingere poteſt. Vſus quaeſtionis in pluribus aliis capitibus, praeſertim vero in actione contra tertium poſſeſſorem rei, quae tempore natae obligationis adhuc in bonis debitoris erat, et in concurſu plurium piorum corporum, quae deficiente hypotheca ex prioritate temporis praerogatiuam non habent, conſpicuus eſt.

## §. XI.

Haec ſunt, quae ex elaboratione iuuenili in collegio quondam practico primordia trahunt, et quae, negotiis publicis vacans, quae huiusmodi oblectamenta non niſi horis ſubſeciuis permittunt, parum forſan perpolire potui. Iam prima vice qualicunque hoc opuſculo prodeo, ac, ſi a me propoſita non omnino improbantur, Deo volente tempus, quod ab aliis laboribus vacuum erit, exarando tractatui impendam, qui illuſtrandis quibusdam materiis ex iure ſtatutario Roſtochienſi, inprimis iuri vicinitatis, iure aedificiorum ac ſeruitutum latius patenti, deſtinatus eſt.

Tv autem,

VIR MAGNIFICE ATQVE CONSVLTISSIME,

noſti me cultorem TVVM obſeruantiſſimum, etſi in munere mihi demandato a perſona, per implementum debiti non niſi officia debita exſoluente, hominem vix diſcernere liceat. Diu occaſionem quaeſiui, qua meam in TE pietatem animumque deditiſſimum TIBI teſtari ac

ac publice profiteri fas eſſet. Quidni ergo, quum Ampliſſimus huius Ciuitatis ordo Senatorius faſces TIBI obtulit, meritaque in rem publicam TVA Conſulatus dignitate ornauit, cum tota Vrbe non exſultem? Offero igitur leue hoc obſeruantiae et pietatis munus, quod TE fronte ſuſcepturum eſſe ſerena, pro ea, qua emines, humanitate ac indulgentia confideo. Taceo egregias TVAS laudes, quae nec exteris incognitae ſunt, ne easdem culpa ingenii deteram. Summus faxit rerum arbiter, vt diu laetus nobis interſis, diu hic dici ames Pater ac Conſul, et diu ſplendida TVA familia TE decore laetetur dulciſſimo. Me vero fauore TVO, cuius haud obſcura mihi monumenta quantoties dediſti, complecti pergas, quum nihil prorſus in votis habeam, niſi, vt verbis Poëtae vtar, Bonis placere.

Dab. Roſtochii d. III. Aug. MDCCLXXXII.

# APPENDIX DOCVMENTORVM.

## Num. I.

Nachdem der Durchlauchtige, Hochwürdige, Hochgebohrne Fürſt und Herr, Herr Adolph Friederich, Herzog zu Mecklenburg, Fürſt zu Wenden, Adminiſtrator des Stifts und Graf zu Schwerin, der Lande Roſtock und Stargard Herr, in Concurs-Sachen ſeel. Lorenz Reventlowen zu Zieſendorff Creditoren, nach eröfneter und publicirter Priorität-Urthel, und von denen, von Hochgedachten J. F. G. verordneten Commiſſariis beſchehenen und eingeſchickten, auch den ſämtlichen Intereſſenten communicirten, auf Neun und zwanzig Tauſend Sechshundert Sieben und Siebzig Gulden, vier Schilling gerichteten Taxation des Guts Zieſendorf und aller deſſen Pertinentien, ermeldete Creditoren zu unterſchiedlichen Malen, und letztmals auf den 14. d. M. mit dieſem Anhang, daß hernacher niemand mehr gehöret, ſondern zu völliger Abhelfung dieſes Concurs-Proceſſes ein endlicher Schluß gemacht, und jetztbeſagtes Gut Zieſendorf mit allen deſſen Pertinentien denjenigen Creditoren, welche nach der Priorität-Urthel und dem gemachten Taxt das Ihrige bekommen könten, insgeſamt, daſſelbe entweder an einen gewiſſen Vaſallum und Lehnmann zu verkaufen, oder da ſie denſelben ſobald nicht bekommen könten, durch einen gemeinen Curatorem verwalten zu laſſen, oder an jemand zu verpenſioniren, und die Intraden pro rata adiudicati unter ſich zu vertheilen, in ſolutum addiciret und zugeſchlagen werden ſollte, citiren und vorladen laſſen; und aber wegen der Sachen Wichtigkeit und vieler ſich dabey eräugeten difficultäten das Werk damals in Richtigkeit nicht gebracht werden können, und daher J. F. G. auf den 21. d. M. gemeldte Creditores wiederum gnädig anher beſchieden:

So haben demnach mehr hochermeldte J. F. G. auf der Vormunde und der Creditoren und deren Anwaldt gehorſames Erſcheinen nach fleißiger und auf etliche Tage continuirten Verleſ- und Conferirung der Acten und reiflicher Erwegung derſelben zu gänzlicher Abhelfung dieſer Sachen und durch dieſen Declarator. Beſcheid, derſelben ihre gänzliche Richtigkeit zu geben, erwehnte Befehliche und Citationes nunmehr purificiret, und das Gut Zieſendorf mit allen deſſen Pertinentien, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten, ſo

wie

wie dieſelbe in der apud acta vorhandenen Commiſſariorum Relation und Taxation befindlich, wie denn auch den anitzo angezeigten und producirten Vorrath der 1200 fl. Penſiongelder nachfolgenden Creditoren insgeſamt, alſo und dergeſtalt, daß ſie daſſelbe entweder an einen gewiſſen Vaſallum und Lehnmann verkaufen, oder da ſie denſelben ſobald nicht, (darum ſie ſich doch fleißig zu bemühen ſchuldig ſeyn ſollen,) bekommen könten, insgeſamt einheben und pro rata adiudicati ohne einige Praeferenz (jedoch den 2. 3. 4. u. 5. Pöſte, welchen jährlich voraus ihre Bezahlung geſchehen ſoll, ausgenommen, nutzen und gebrauchen, oder auch durch einen gemeinen Curatorem adminiſtriren laſſen, oder an jemand verpenſioniren, und die davon fallende Intraden pro rata adiudicati unter ſich vertheilen ſollen, hiemit und Kraft dieſes in ſolutum addiciret und zugeſchlagen: als nemlich

| | Capital. | | Zinſen. | |
|---|---|---|---|---|
| 1) Herrn Detloff Reventlow verlegter und behandelten gerichtl. Expenſen = | 60 fl. | ßl. | fl. | ßl. |
| 2) Dem Paſtori und Kirchen zu Warnemünde an ſtehenden Hebungen, weil er 50 fl. an Zinſen empfangen = = = | 100— | — | 5— | — |
| 3) Der Univerſität zu Roſtock an ſtehenden Hebungen von 200 Mark Lübiſch = | 133— | 8— | 64— | — |
| 4) Den Vorſtehern des Gotteshauſes zum heil. Geiſt in Roſtock an 200 Mk. Sundiſch, und ſind dieſelbe, weil ſie von dem Penſionario 50 fl. empfangen, ihrer Zinſen halber ſchon bezahlt = = | 66— | 16— | — | — |
| 5) Dem Jungfrauenkloſter zum heil. Kreuz in Roſtock in zweyen Obligationibus | 300— | — | 150— | — |
| 6) Der Kirchen zu Bockholz aus des Großvatern Lorenz Reventlowen Vermächtniß, weil ſie an Zinſen 100 fl. bekommen = | 100— | — | 50— | — |
| 7) Noch aus des Vettern Henneke Reventlowen Vermächtniß dem pro tempore Paſtori zu Bockholz von 100 fl. die Hälfte = | 50— | — | 75— | — |

8) Und

8) Und die andere Hälfte den Armen zu Zieſendorf = = = 50— — 75— —

9) Jacob Telliors Kinder Vormunde, weil ſie an Zinſen 100 fl. bekommen = 500— — 400— —

Noch an Expenſen = = 6— 7— — —

10) Als auch Herrn Detloff Reventlow wegen eines für Gebhard Moltken, Berend Bülowen zu Lütken Bölkow gethanen väterlichen, und von ihm, Detloff Reventow, Jochim Kirchdorffen, den 14 Jun. Ao. 1637 bezahlten Gelübdes auf 3000 fl. Capital und 500 fl. damals nachgeſtandener und nun fürters aufgekommener Zinſen, ſolchen Poſt zur Hälfte als 1750 fl. Capital und 1050 fl. angegeben, und aber aus ermeldten Herrn Detloff Reventlown unterſchiedlichen Supplicationen und darin enthaltenen eigenen Bekenntniſſen erhellet, daß des Vatern Henike Reventlowen Schuld nicht von ihnen, den Gebrüdern, allein ſondern auch von ihren Geſchwiſtern als Miterbinnen mit, und alſo nach Sechs theilen bezahlt werden müſſen, ſolches auch das in hieſiger Kanzley vorhandene und den 19. Jun. Anno 1624. publicirte Original väterliche Teſtament bezeuget und beſtättiget, und daher von ihm aus ſeines Brudern, des cedenten Lorenz Reventlowen ſeel. Gütern ein mehreres nicht als der ſechſte Theil an ſothanem Gelübde gefodert werden kann: ſo wird demnach aus ſolchen übergebenen und apud acta vorhandenen Urkunden dieſer Poſt hiemit alſo declariret und auf den ſechſten Theil als 583 fl. 8 ßl. und darauf von

Anno 1737. 350 fl. fernere aufgekommene
Zinſen reduciret = = = 583— 8— 350— —

11) Noch demſelben wegen eines Ulrich Stralendorfen für Margaretha Fincken, ſeel. David Reventlowen Wittwen gethanen väterlichen, und von ihm ſeiner Schweſter Annen Reventlowen, Siverts von Oerzen, des Aeltern, als Confideiuſſoris ſeel. Wittwen den 20. Febr. Anno 1642. bezahlten Gelübdes auf 3000 fl. Capital vermittelſt ebenmäßiger Reduction auf den ſechſten Theil an Capital, und damals bezahlten, und nun ferner aufgekommenen Zinſen = = = 680— — 204— 1½—

12) Friedrich Viereggen Wittwen = 100— — 108— —

13) Noch Herrn Detloff Reventlowen wegen 702 fl. im väterlichen Gelübd den Caſſebadiſchen Jungfrauen Anno 1642. bezahlten Zinſen, und darauf ſeither aufgekommen Zinſen, vermittelſt ebenmäßiger Reduction auf den ſechſten Theil = = = = 117— — 35— —

Wobey aber dieſes reſerviret wird, dafern ermeldter Detloff Reventlow auch das Capital der 2000 fl. in fernerer Verfolgung der wieder ihn angeſtelleten Klage zu bezahlen ſollte angeſtrenget werden, alsdenn ihm den ſechſten Theil davon von denen in dieſem Beſcheide zuletzt geſetzten Creditoren zu repetiren unbenommen bleibe.

Aldieweil auch aus denen ad acta übergebenen Detloff Reventlow und Sivert Oerzen des ältern unterm Dato den 25. Nov. Anno 1632. und den letzten Januar. Anno 1634. erſcheinet, daß die 5000 fl., wofür der Vater

Henneke Reventlow für David Reventlow Otto Schacken gelobet, Sivert Oerzen dem ältern ſchon ſchon bezahlt, und demnach er errore alhie wieder angegeben und geſetzet, als wird ſelbiger Poſt hiemit caſſiret und aufgehoben.

Ob auch zwar Franz Winterfelds Wittwen Erben einen Poſt von 8000 fl. Capital und nachſtändigen Zinſen bey dieſem Concurſu gegen den Cedentem wegen väterlichen Gelübds liquidiret und angegeben: ſo werden ſie dennoch, weil ſie deswegen aus der Fürſtl. Renterey alhie ihre Zinſen richtig bekommen, und alſo den Poſt, als wenn Sie denſelben von dem Herrn Principal nicht bezahlt bekommen konten, alhie anzugeben Ihnen keinesweges gebühret noch zugeſtanden, demnach billig damit allhie ab, und an die Fürſtl. Renterey verwieſen und remittiret.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 14) Herrn Detloff Reventlowen an väterlichen, ihm aus dem Gute Zieſendorf gehörigen Antheil, weil er vom Penſionario 500 fl. Zinſe empfangen = = = | 6000 | — | 3460 | — |
| 15) Anna Catharina Bothen, ſeel. Lorenz Reventlowen Wittwen wegen verſchoſſene Gelder, weil ſie von dem Penſionario 603 fl. empfangen = = = = | 2000 | — | 951 | — |
| 16) Noch derſelben, wegen aufgewandten Kindes Begräbnißkoſten = = = | 120 | — | 57 | 15 |
